



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

LXXV. Frustra sibi fidem quis postulat ab eo fervari, cui fidem à se  
præstitam servare recusat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62649)

statim omnibus convenit, can. Hinc est  
16. q. 1. in quem eriam sensum Ulpianus  
eleganter respondit, l. 1. ff. de Constitut.  
Princip. cuius §. fin. Planè, inquit, ex  
hi (Principum Constitutionibus) que-  
dam sunt Personales, nec ad exemplum  
erabuntur; nam, qua Princeps alicui ob  
merita indulxit, vel si alicui sine exemplo  
subvenit, personam non egreditur.

3. Ratus anterior horum & Regulæ est  
partim; quia privilegia, dispensationes &  
quaeviis gratiæ à communibus Juris Regu-  
lis exorbitantes, odioꝝ & strictæ sunt  
interpretationis; ut in consequentiam tra-  
hi nequeat, & à casu, causa, vel persona  
una ad aliam extensionem non admittant,  
per tradita ad Reg. Quæ à Jure 28. partim  
verò; quia Principis, ejusmodi gratiam  
contemplatione meritorum vel alicuius  
prerogativæ singularis, aut alicuius ne-  
cessitatis vel utilitatis extraordinariæ in-  
tuitu concedentis, voluntas spectat per-  
sonam particularem & constituit Jus singu-  
lare, §. cit. 51. Jus singulare 16. ff.  
de LL. ac proinde ob defectum voluntatis  
in concedente locum in aliis non  
habet, can. Et §. cit. Quare justissimâ  
animadversione Alexander III. temera-  
rium omnino & indignum pronuntiavit,  
aliquem sibi sua autoritate præsumere,  
quod Ecclesia Romana alicui certâ rati-  
one inspectâ singularibus voluit benefi-  
ciis indulgere, c. Sanè 9. de Privilegiis.

#### REGULA LXXV.

*Frustra sibi fidem quis postulat  
ab eo servari, cui fidem à se præfi-  
tam servare recusat.*

#### SUMMARIUM.

1. Regule sensu Juris definitionibus.  
2. Et ratione demonstratur.

3. Fides etiam jurata non servatur si  
dem datam violanti,  
4. Etiam privilegiato & exempto,  
5. Et fidem datam in re modica non ser-  
vantis,  
6. Et rei promissa equivalentem subro-  
ganti:  
7. Etiam, cum à promissa præstatione est  
impeditus.  
8. Instantie Regula objecta,  
9. Eam intactam relinquunt.

C Onsonat & usu penè quotidiano  
trita vox & Regularis versus est, 1.  
*Frangenti fidem, fides frangatur ei-*  
*dem.* Cujus & Propositæ Regulæ sen-  
sus est, Is , qui fidem conventione aliquâ  
alteri datam non servat, ex eaque debi-  
tum non præstat, petere ab eo non potest,  
ut fidem servare sibiique debitum præster.  
Unde, si per viam transactionis Titius  
litio eō pacto renuntiavit, ut Caius ipsius  
adversarius intra anni spatum certam  
pecunia summam solvat: & hanc intra  
tempus illud Caius non solvat, ad item  
Titius impunè redit, l. Cūm proponas 21.  
C. de Pactis : &, si fundi conductor bie-  
nii continui non solvit pensionem, vel in  
illo male versatus est, à locator expelli  
potest, quin committatur poena à loca-  
tore ex conventione solvenda, si intra  
certum tempus vg. novenniū fundo con-  
ductor expellatur, l. Quaro 54. ff. Locatis;  
quia contractui inest tacita conditio, Si  
conductor pensionibus paruerit, & fundum  
coluerit, ut oportet: quâ à conductore  
non servata, ei de non expellendo datam  
fidem servare locator non tenetur per  
Regulam præsentem: cuius vigore, si  
fundi dominus directus contra datam fi-  
dem perfidè supprimat vasallum, hic  
justè ei denegat obsequias, & à Principe  
impetrat liberationem ab ejus jurisdic-  
tione, Lib. 2. Feud. tit. 6. Et can. De forma  
18. in fine, 22. q. 5.

Ratio

- 2.** Ratio Regulae solidæ est; quia omnī contractū inest tacita conditio de eo, quod promissum est, servando. *Si fidem datam alter servarit, §. 1. Cūm proposas cit. i. autem, qui sub conditione aliquid alteri promittit conventione quācunque, ei non tenetur, nisi conditio impleatur, §. Sub conditione 4. Infib. de V. O. usque adeò; ut, si conditio adhuc pendeat, ex conventione orta obligatio necdum perfecta, l. Cedere 213. ff. de V. S. &, si deficiat, resoluta ab initio intellegitur, l. Necessari 8. §. 1. ff. de Pericu-  
lo Econmodo vendit.*
- 3.** Neque fidem violanti patrocinium præstat. Primò contractū ac promissiōnī adjectū juramentum, cùm; quia hu-  
jus obleratio fructu exiguit at eo, qui  
jurat fidem ipse non observat, c. Quia  
fructu 14. de Iuris & l. Auxilium 37.  
in fine, ff. de Minoribus; tum verò; quia,  
sicut promissiōnī simplici, sic adjecto ju-  
ramento inest tacita conditio. *Si fidem  
datam alter servarit: quā proinde de-  
ficiente, juramenti obligatio non urget,*  
*c. Pervenit 3. de Jurejurando, Suarez lib.  
2. de Juramento cap. 34. n. 8.*
- 4.** Neque secundò privilegium aut  
exemptio; quia ejus prætextu datam fidem  
violare nemini licet; cùm clerici &  
ip̄i Ecclesiārum Prælati contractū  
leges communes etiam Civiles observare  
non minùs, quā laici teneantur; ne aliis  
communitatis membris onerosi reddan-  
tur & exosi, Sylvester V. Lex. q. 15.  
Sotus Lib. 1. de Justitia q. 6. art. 7. &  
Suarez Lib. 3. de LL. cap. 34. n. 6.
- Neque tertio parvitas materiæ, in  
qua fides est violata; cùm enim hōc etiā  
cauſa passionis leges impletæ non  
sint, fiduci datæ observantiam petens ex-  
ceptione submoveri poterit instar em-  
ptoris, cui mercem tradere vendor non  
tenetur, si pretii pars etiam modica non  
exhibeat in solutione, l. Julianus 13. §.  
8. ff. de Act. emps, Baldus ad l. Patla  
72. ff. de Contrab. emps. Nisi res, quæ  
desideratur, tam modica sit; ut verisimile sit, partes contrahendō ejus nullam  
rationem habuisse, l. 1. §. 8. ff. de Edili.  
Edi.
- Neque quartò, quod rei promissæ  
subrogetur aliquid æquipollens; quia  
aliud pro alio solvi, invito creditore, non  
potest, l. Mutuum 2. §. 1. ff. de Reb. cre-  
dit & l. Pecunia 16. C. de Solut. Jason Lib.  
3. Consil. 41. & Gutierrez Prælit. Lib. 1.  
q. 146. n. 6.
- Neque quintò; quod à datæ fidei ob-  
servatione debitor necessariā aliquā cau-  
sā fuerit impeditus; quantumvis enim  
hujusmodi impedimentum excusat à mora  
& pena, l. fin. §. 1. ff. ad L. Rhod. de Jactu,  
vim tamen non habet ad promissionem  
suam alterum obligandi & producendæ  
adversus eum actionis, l. Ex ducto 15.  
§. 6. ff. Locati.
- Hanc tamen etiam Regulam perpe-  
tuam non esse, variè & Primò quidem  
sudetur; quod pax servanda iis quoque  
sit, qui nobiscum pacem non habent,  
can. Inter verba 51. in fine, 11. q. 3. & in-  
ducias, à pacientiū uno violatas, servare  
alter teneatur, can. Innocens, 22. q. 4.  
Secundò; quod, si conjugum fide, sibi  
mutuo data, continentiam voventum u-  
nus fornicietur, ad fidem & continen-  
tiam servandam alter maneat obligatus,  
can. Quod Deo 33. q. 5. adeò; ut, si ipse  
quoque fornicietur, adulterii crimen  
teneatur, & divertendi jus amittat, c.  
Significati 4. de Divortiis. Tertiò;  
quod rem, vg. prædiū, emens à pupi-  
llo sine autoritate tutoris: vel à Præla-  
to sine Capituli consensu ita celebrato  
contractū stare, eoque datam fidem in-  
violabiliter custodiare teneatur, licet pu-  
pillus, l. Julianus cit. §. 29. & Ecclesia  
valeant

Ss ss 3

valeant resilire, ut ex communi DD. sententia tradit Sarmiento de Reddibibus Ecclesiis, p. 1. cap. 22. n. 18.

[9.] Sed hæc leviora sunt, quam ut intentum perfudeant, aut verisimile reddantur. Primum; quia hæc Regula in pacis quoque & induciarum conventionibus procedit; cum etiam his insit tacita conditione. Si conventa à parte altera non violenter, arg. c. Pervenit & l. Cām proponas sit. Grotius de Jure D. & P. cap. 21. n. 11. & 13. & Gonzalez in c. 1. de Trengā & Pac. n. 16. Unde can. Inter carera & canon. Innocens citr. ad Christianas perfectionis plenitudinem potius, quam ad necessitatem & obligationem pertinere, existimant Imola & Felinus inc. Pervenit cit. n. 5.

Alterum; qui mutuo contentu videntes continentiam hanc promittunt Deo, in quem cum perfidia non cadat, ad ejus obseruantiam conjux innocens etiam post alterius fornicationem tenetur. Quamvis etiam adulterio pollutum conjugem ad communem thorum & cohabitationem admittere non teneatur, forniciando tamen in conjugii legem non minus quam alter delinquit, ut arg. c. Significati sit. Lib. 4. tit. 19. n. 90. in fine est dictum.

Postremum; quia, quod ab ejusmodi contractu, cum pupillo & Praelato de re Ecclesiæ immobili celebrato, hæc & ille resilire videntur, atatis & Ecclesiæ favore specialiter introductum est, quin properea fides data violetur, partim; quia emptor scire potuit ac debuit, fidem sibi ejusmodi contractu efficaciter non datam: tum vero; quia perfidia Praelati non imputatur Ecclesiæ: neque etiam proprii pupillo, quid agat non satis intelligenti, l. fin. ff. de J. & F. J. & contractui non tam arbitrio suò, quam auctoritate Juris contravenienti.

¶ (o) ¶

### REGULA LXXVI.

*Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.*

### S U M M A R I U M.

1. *Sensus Regule,*
2. *Firmatur ratione,*
3. *Et Juris definitionibus,*
4. *Ei objecta ex Jure Civili,*
5. *Ujbua Feudalibus,*
6. *Et Juris Canonici definitionibus,*
7. *Regulam simul limitant & firmant.*

**P**ersonæ nomine hoc loco venit, quiunque Ecclesiæ Seculari vel Regulari quomodounque servit, ejusque res jurâve in aut extra iudicium administrat. Unde Propositæ & per quam celebris Regula sensus est, *Si Ecclesiæ Secularis vel Regularis clericus vel Religiosus, ejus ordinatus, fidicus, procurator vel alius minister, ipsèque ejus Praelatus vel Rektor delictum commitat, ad Injuriam dannique, eō illati alteri, reparationem vel panam Ecclesiæ non teneat.* Ratio est partim; quia Ecclesiæ minoris & pupilli jure illatae tertiarii temper debet, c. 1. de In integ. re sit. pupillus autem ex alterius, etiam tutoris sui delicto, si ex hoc ad eum non pervenerit, non teneatur, l. fin. ff. de Aut. tuor. partim vero; quia delicta suos teneare debent authores, c. Quasivit 2. de Hū, qua à majori & l. Sanctius 22. C. de Panis: neque alterius delinquentis odio prægravari, aut iniquam conditionem pati qui debet, Reg. Non debet 76. ff. & 22. in 6. præfertim Ecclesia, cum; quia delinquendo Praelatus aut administrator alius Ecclesia nomine agere non præsumitur: tum vero; quia ejus conditionem Praela-